



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1624. usque ad annum 1627

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1778

VD18 90118863

§. 47. Urbani VIII. Papæ literæ ad Ferdinandum Imperatorem &
Maximilianum Bavarizæ Electorem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67369](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67369)

Sæc. XVII.
A. C. 1624.

§. XLVII.

Urbani VIII. Papæ literæ ad Ferdinandum Imperatorem & Maximilianum Bavaricæ Electorem.

Bellar. Carmel. tom. 3. pag. 481.

Imminentibus belli novi flammis Ferdinandus Cæsar & Bavaricæ Elector, qui ambo in V. P. Dominici a Jesu Maria Carmelitæ Discalceati meritis plurimum confidebant, ut hic idem rursus in Germaniam proficisceretur, a summo Pontifice enixe efflagitabant, cum vero hic Pater Romæ gravi detineretur infirmitate, Urbanus Papa ejus absentiam apud Cæsarem excusabat, hæc die trigesima Martii rescribens: *Corporis invaletudo compedes injectit dilecto filio Religioso Sacerdoti Dominico a Jesu Maria Carmelitæ Discalceato, ne nunc in Germaniam proficiscatur, quo jam pridem Majestati tuæ obsequens ejus animus pervenit. Quod religiosissimo Imperatori Solutium alloquio præbere coram non poterit, id absens a Dominantium Domino sollicitis precibus impetrare conabitur. Te vero cum tantam in Religiosorum Virorum pietate spem constituere videamus, Apostolica complectimur charitate, atque muniri cupimus Angelicarum Legionum excubiis.*

Ejus

Ejusdem ferme tenoris erant Pon-Sæc. XVII.
 tificis literæ ad Maximilianum Electo- A. C. 1625.
 rem, hæc eidem significans: *Profectio-*
nem, dum in Germaniam inchoaret dilectus
filius Religiosus Sacerdos Dominicus a Jesu
Maria Carmelita Discalceatus, coactus
est in valetudine corporis omnem longi itine-
ris spem deponere. Divertisset ille ad No-
bilitatem tuam, cujus Victorias Religiosas
& Imperii dignitatem defensam exteræ quo-
que Nationes fatentur. Quod tamen Sola-
tium tibi alloquio ferre Monachii non poterit,
id orationibus e Cælo facile impetrabit.
Nos autem Nobilitatem tuam inter trium-
phalia Legionum signa Christianæ pietatis
gloria præfulgentem amantissime complecti-
mur, Deumque oramus, ut volens, pro-
pitiisque annuat Sacerdotum precibus, qui
a te eximiis honoribus exculti perennem tan-
to Duci felicitatem precantur.

§. XLVIII.

Novæ bellorum flammæ a Protestan-
tibus fuscitatæ.

Annus hujus sæculi vigesimum quin- *Lotich. rer.*
 tum novo bello, variisque tumul- *Germ. l. 15.*
 tibus ob Religionis diversitatem exor- *corp. 1.*
 tis funestum aggredimur; quippe Au- *Adlzreiter*
 striacæ felicitatis æmulatio, & violen- *annal. Boic.*
 ta sectas propagandi studia jam tum *part. 3. l. 10.*
 indicabant, quod humanus sanguis *Theatr. Eu-*
 hucus- *rop. p. 860.*